



P R A E F A T I O

A D

Lectorem benevolum.

SAEPE numero cogitavi, Lector
benevole, quâ tandem ratione
sacrarum literarum lectio pos-
sit reddi oppido expedita. Oc-
currerunt autem hîc Notatio-
nes Emanuelis Sa, quæ adeo mihi placue-
runt, quantum ad instituti rationem, ut
post diuturnam disceptationem in hâc sen-
tentiâ conquieverim, nihil accommodatius
in hoc genere ab ullo posse adferri, quod in-
telligentiæ & reminiscentiæ tantum adfe-
rat præsidium, quantum hic talis labor. Sa-
nè Notationes Emanuelis Sa hoc abundè præ-
starent, si vel plenæ essent, vel semper or-
thodoxæ, aut genuinæ, aut momentosæ. Sed
quia bonus ille Homerus subinde dormitat
in hisce quatuor, existimavi me rectè fa-
cturum, si universa Biblia percurrerem, o-

A 2